

filios effundat, eosque ad vitam et justitiam ex vitiorum cœno revocet.

Die 29 januarii 1864 haec consociatio Issoduni in Gallia canonice ab Archiepiscopo Burgensi erecta est, postquam triginta Episcopi novum hunc titulum Mariæ attributum recognoverint. Pius IX Brevi dato die 7 junii 1864 confirmavit, atque mense februario 1869 primariae jura issodunensi consociationi concessit, quæ in sacello novorum Cordis Jesu religiosorum (quod postea in magnificum templum est commutatum) statuta jam fuerat. Innumeri exinde totius orbis Cardinales, Archiepiscopi atque Episcopi hanc novam piamque devotionem ratam habuere, et brevi tempore ubique aliæ atque aliæ consociationes erectæ, templa ædificata, signa B. Virginis sub hoc titulo publicæ venerationi exposita, specialèisque gratiæ a Maria ex Jesu Corde in animos et in fidelium corpora effuse sunt.

16. Hujus consociationis scopus est ad Nostræ Dominæ Sacri Cordis Jesu potentissimam intercessionem configere, ut quæ ob Matris titulum et rem jura supplicantis efficacissima in Cor Filii sui Jesu habet, auxilium nobis in difficultimis vel etiam desperatis rebus præbeat, tum relate ad spiritum, tum ad tempus. Ut quis privilegiorum atque hujus consociationis indulgentiarum particeps fiat, duæ hæ imponuntur conditiones:

1° ut nomen det uni ex consociationibus canonice erectis (1), ex qua signum receptionis accipiat, 2° ut bis, mane et vespere, hanc brevissimam invocationem recitet: « Nostra Domina Sacri Cordis, ora pro nobis; » cui Pius IX die 26 jun. 1867, 100 indulgentiæ dies concessit. Aliæ indulgentiæ, aliaque emolumenta et statuta cognosci possunt ex libello a Patribus Ss. Cordis Jesu Issoduni typis mandato (2).

PERBREVES ALIQUÆ PRECES

INDULGENTIIS A SUMMIS PONTIFICIBUS AUCTÆ.

1. « Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: Plena est terra gloria tua: Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto. »

1° 100 dies indulg. *semel* in die; 2° 100 dies *ter* die dominico, die festo et infra octavarium Ss. Trinitatis. — Clem. XIII, 13 sept. 1768.

3° Indulg. plenaria *semel* in mense, ordinariis conditionibus, hanc invocationem

(1) In Belgio duæ consociationes canonice erectæ sunt in templis collegiorum S. J. Montibus in Hannonia et Vervie.

(2) *Notre-Dame du Sacré-Cœur* mieux connue et son Association, Issoudun (Indre-France).

integro mense recitantibus. — Clem. XIV,
30 januarii 1770.

2. Signum crucis. — « In nomine Patris
Fet ilii et Spiritus sancti. » Toties quoties
50 dies indulg. — Pius IX, 28 julii 1863.
— Signum crucis, ut supra, aqua lustrali
factum — toties quoties 100 dies indulg.—
Pius IX, 23 martii 1866.

3. Ter « Gloria Patri etc. » recitantibus
mane, meridie et vespere ad gratias Ss. Tri-
nitati agendas pro donis et privilegiis ma-
xime gloriose Assumptioni B. Mariæ col-
latis. — 1° 100 indulg. dies toties quoties
in die; 2° indulg. plenaria semel in mense,
ordinariis conditionibus, recitantibus ter in
die, integro mense. — Pius VII, 11 julii 1815.

ACTUS OBLATIONIS.

4. « Aeterne Pater, offerimus tibi sanguinem,
passionem et mortem Jesu Christi, dolores
sanctissimæ Virginis et S. Josephi in
remissionem nostrorum peccatorum, libera-
tionem animarum quæ sunt in Purgatorio,
propter Ecclesiæ necessitates et peccatorum
conversionem. »

100 dies indulg. semel in die. — Pius IX,
30 apr. 1860.

5. « Fiat, laudetur atque in æternum
superexaltetur, justissima, altissima et ama-
bilissima voluntas Dei in omnibus. »

1° Indulg. 100 dierum semel in die; 2° in-
dulgentia plenaria semel in anno, ordinariis
conditionibus, quotidie recitantibus; 3° in-
dulg. plenaria in articulo mortis iis qui fre-
quenter in vita recitaverint, atque bene
dispositi mortem patienter acceptent. —
Pius VII, 19 maji 1818.

6. « O Jesu, vivens in Maria, veni et
vive in famulis tuis, in spiritu sanctitatis
tuæ, in plenitudine virtutis tuæ, in veritate
virtutum tuarum, in perfectione viarum
tuarum, in communione mysteriorum tuo-
rum, dominare omni adversæ potestati, in
spiritu tuo in gloriam Patris. Amen. »

Indulgentia 300 dierum semel in die. —
Pius IX, 14 oct. 1859.

7. « O clementissime Jesu, salus, vita,
resurrectio nostra, tu solus es. Te ergo quæ-
sumus ne derelinquas nos in angustiis et
perturbationibus nostris, sed per agoniam
Cordis tui sanctissimi et per dolores Matris
tuæ immaculatæ, tuis famulis subveni, quos
preioso sanguine redemisti. »

Indulgentia 100 dierum semel in die. —
Pius IX, 6 oct. 1870.

8. « Laudetur Jesus Christus. » — Resp.
« In secula. Amen. »

1° Indulg. 100 dierum toties quoties pro
ita consalutantibus et respondentibus.

2° Indulg. 25 dierum iis qui devote nomina
Iesu et Mariæ invocant.

3º Indulg. plenaria in articulo mortis iis qui frequenter in vita modo prædicto se consalutaverint, vel nomina Jesu et Mariæ invocaverint, dummodo in morte saltem corde invocent. Eadem indulgentiae prædicatoribus et iis qui hortati fuerint fideles ad se ita consalutandum, etiam concessæ fuerunt a Clem. XIII, 5 sept. 1759.

9. « Laudentur Jesus et Maria. » — Resp.
« Nunc et semper. »

Indulg. 50 dierum. — Pius IX, 26 sept. 1864.

10. « O mi Jesu, miserere mei. » Indulg. 100 dierum toties quoties. — Pius IX, 23 sept. 1846.

11. « Dulcissime Jesu, non sis mihi judex sed salvator. »

1º Indulg. 50 dierum, toties quoties.

2º Indulg. plenaria singulis annis, ordinariis conditionibus, recitantibus saltem semel in die per annum, a primis vesperris festi S. Hieronymi Æmiliani (20 juli) et infra octavam, dummodo etiam visitent ecclesiam et orent juxta Rom. Pontificis intentionem. — Pius IX, 7 maji 1854.

12. « O Jesu, mi Deus, amo te super omnia. » Indulg. 50 dierum, toties quoties. — Pius IX, 7 maji 1854.

13. « Anima Christi, sanctifica me.

« Corpus Christi, salva me.

« Sanguis Christi, inebria me.

« Aqua lateris Christi, lava me.
« Passio Christi, conforta me.
« O bone Jesu, exaudi me.
« Intra tua vulnera absconde me.
« Ne permittas me separari a te.
« Ab hoste maligno defende me.
« In hora mortis meæ voca me,
« Et jube me venire ad te,
« Ut cum sanctis tuis laudem te.
« In secula, seculorum. Amen. »

1º Indulg. 300 dierum, toties quoties.

2º Indulg. 7 annorum, semel in die presbyteris, qui post Missæ sacrificium, et fidelibus, qui post peractam communionem recitant.

3º Indulgentia plenaria, semel singulis mensibus, ordinariis conditionibus, visitatione ecclesiæ adjecta, in qua oretur pro Summo Pontifice; dummodo hæc oratio saltem semel quotidie per mensem fuerit recitata. — Pius IX, 9 jan. 1854.

14. « Laudetur sanctissimum et divinissimum Sacramentum, eique gratiæ singulis momentis agantur. »

1º Indulgentia 100 dierum, semel in die.

2º Indulg. 100 dierum ter in die, omnibus feriis quintis anni, et per totam octavam Corporis Christi.

3º Indulg. plenaria, semel in mense, ordinariis conditionibus, recitantibus semel in die per totum mensem. — Pius VI, 24 maji 1776.

1º Indulg. 100 dierum, toties quoties recitetur signo campanæ, quæ annuntiat vel Benedictionem venerabilis Sacramenti, vel horas in ecclesiis, ubi fit publica expositio Ss. Eucharistie.

2º Indulg. 100 dierum recitantibus inter duas elevationes sacrificii Missæ, toties quoties in die ipsi assistant. — Pius VII, 30 iunii 1818, et 7 decembris 1819.

15. En ego, o bone et dulcissime Jesu, etc. » (quæ passim invenitur).

Indulg. plenaria post communionem vel sacrificium Missæ recitantibus, coram imagine Jesu cruci affixi, dummodo, ex declaratione Pii Pape IX aliquantulum juxta Rom. Pontificis intentiones orient. — Pius IX, 31 julii 1858.

16. « Crux mihi certa salus — Crux est quam semper adoro — Crux Domini mecum — Crux mihi refugium. » Indulg. 300 dierum semel in die. — Pius IX 21 jan. 1874.

17. « Pater æterne, offero tibi sanguinem pretiosissimum Jesu Christi in expiationem meorum peccatorum et propter Sanctæ Ecclesiæ necessitates. »

Indulg. 100 dierum, toties quoties. — Pius VII, 22 sept. 1817.

18. « Ego N. N. ut meam tibi gratitudinem testificer, et ad meas infidelitates reparandas, offero tibi meum cor, et me tibi omnino devoveo, amabilissime Jesu, atque

tua gratia adjutus amplius non peccare propono. »

1º Indulg. 100 dierum, semel in die recitantibus coram imagine Ss. Cordis Jesu.

2º Indulg. plenaria semel in mense, ordinariis conditionibus, iis qui quotidie recitaverint.

19. « Ametur ubique sacratissimum Cor Jesu. » Indulg. 100 dierum. — Pius IX, 23 sept. 1860.

20. « Jesu mitis et humilis corde; fac eorū meum sicut Cor tuum. »

Indulgencia 300 dierum, semel in die. — Pius IX, 25 jan. 1868.

21. « Laudatum, adoratum, amatum cum grati animi affectu sit eucharisticum Cor Jesu, singulis temporis momentis, in omnibus orbis terræ tabernaculis, usque ad consummationem seculorum. Amen. »

Ind. 100 dierum, semel in die. — Pius IX, 29 febr. 1868.

22. « Dulce Cor Jesu, fac ut te magis ac magis in dies diligam. »

1º Indulg. 300 dierum, toties quoties.

2º Indulg. plenaria, semel singulis mensibus, ordinariis conditionibus et visitatione ecclæsia adjecta, in qua oretur juxta S. Sedis intentiones, dummodo hæc invocatio saltem semel quotidie per mensem facta fuerit. — Pius IX, 26 nov. 1876.

23. « Dulce Cor Jesu, esto meus amor. »

1° Indulg. 300 dierum, toties quoties.
2° Indulg. plenaria semel singulis mensibus, eisdem nuper dictis conditionibus. — Pius IX, 28 julii 1875.

24. « Memorare, o piissima Virgo Maria, etc. » (oratio S. Bernardi, quæ passim inventitur).

1° Indulg. 300 dierum, toties quoties.

2° Indulg. plenaria singulis mensibus, supradictis n. 22 conditionibus. — Pius IX, 25 julii 1846.

25. « In conceptione tua, Virgo Maria, immaculata fuisti; ora pro nobis Patrem, cuius Filium Jesum de Spiritu sancto conceputum peperisti. » Vel « Benedicta sit sancta et immaculata Conceptio beatae Virginis Mariæ. »

Indulgentia 100 dierum pro una vel altera, toties quoties. — Pius VI, 21 novemb. 1793.

26. « O Maria, quæ in hunc mundum sine macula ingressa es, heu! impetra mihi a Deo ut sine culpis ab illo egredi possim. »

Indulg. 100 dierum, semel in die. — Pius IX, 27 mart. 1863.

27. « Dulce Cor Mariæ, esto mea salus! »
Indulgentiae ut n. 23. — Pius IX, 30 sept. 1852.

28. « Sancte Joseph, amice Sacri Cordis, ora pro nobis. »

Ind. 100 dierum, semel in die. — Pius IX, 3 junii 1874.

29. « Jesu, Maria, Joseph, offero vobis meum cor, meum spiritum et vitam meam. »
« Jesu, Maria, Joseph, succurrite mihi in extremo agone. »

« Jesu, Maria, Joseph, facite ut tranquille vobiscum moriar. »

1° Indulg. 300 dierum, toties quoties tripla invocatio recitetur.

2° Indulg. 100 dierum, toties quoties una recitetur. — Pius VII, 28 apr. 1807.

30. « Ego volo celebrare Missam etc. » (quæ passim inveniuntur).

Indulg. 50 dierum sacerdotibus ante Missam recitantibus. — Greg. XIII.

NOTANDUM

1° Omnes has indulgentias, præter illam n. 23 positam, suis locis invenire licet in libello authentico sæpe citato: *Recueil de Prières*, etc. Illam vero quam n. 23 expomimus, invenies tomo 28 religiosæ ephemeredidis *Le Messager du S. Cœur de Jésus*, pag. 168; et authentica est pro omnibus fidelibus, quamvis in libello nuper citato non adnotetur. Ita respondit Director generalis Apostolatus orationis a nobis expresse de hac re interrogatus.

2° Conditio generalis ad has indulgentias per precum vel invocationum recitationem

lucrandas apposita est, ut pie, devote et
corde contrito recitentur.

3º Cum dicimus: *ordinariis conditionibus* ad plenarias indulgentias lucrandas, intelligimus confessionem, communionem et orationem juxta Ecclesiæ et Pontificis intentiones. Quod si oratio hæc visitando eccl esiam vel oratorium publicum fieri debeat, expresse subjicimus.

A. M. D. G.

APPENDIX